Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



81 13

Deus exaudi orationem meam auribus percipe verba oris mei V. De GRA
tus in nomine tuo salvum me fac et in virtute tua judica me Secundum
In illo tempore dixerunt principes et pharisei ministros ut apprehenderent illum. Dixit ergo eis Jesus adhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum qui me misit. Quaeretis me et non invenietis et ubi sum ego vos non potestis venire. Dixerunt ergo judaei ad semetipsos. Quo hic iturus est quia non inveniemus eum. Numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit quaeretis me et non invenietis: et ubi sum ego vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus: et clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me: sicut dixit scriptura: flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Off. Domine convertens et vivificabis animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam Sec. Concede nobis domine deus nostre: ut haec hostia salutaris et nostros fiat purgatio delictorum et cuncta prosperitatis operatio. Per Dominum. Comm. Domine deus noster qui es per haec Compl. Sacramenta tua quaesumus domine propitiatio salutaris et purificatione nobis praebeat et medelam. Per Dominum. Post. Da quaesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis ut bonis operibus inhaerendo tua semper mereamur protectione defendi. Per Dominum. Feria tertia Officium missae
Exspectata domini virtute age et confortetur cor tuum et sustine Dominum. Ps. Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo Deinde. Flectamus genua. Oratio
Hostia quaesumus domine tibi oblata iejunia quae